asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius et frequentius sit usus. ante illum enim usus Alcaeus, et Sappho hoc integro usa est libro quinto.

× × – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – ||

**12.** Schol. vet. in Aristoph. *ran*. 324 (p. 284b. 47 sq. Dübner) τὸ τέταρτον ἐκ διτροχαίου, ἀντισπαστικοῦ καὶ βακχείου, ἀλκαικόν, φασί, καλούμενον.

× × – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ||

**13.** Hephaest. 34. 11 sqq. τὸ δὲ ἀκατάληκτον (*scil.* τετράμετρον ἀντισπαστικόν) καλεῖται σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ τρίτον ὅλον Σαπφοῦς γέγραπται, πολλὰ δὲ καὶ Ἀλκαίου ᾄσματα· (fr. 343 Voigt)

νύμφαις ταὶς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φαῖσι τετυγμέναις.

Trich. 390. 14 sqq. ἀκατάληκτον δὲ τετράμετρόν (*scil.* ἀντισπαστικόν) ἐστιν οἷον τό·

πολεῦντος πότνιά μευ παρομάρτευ ἐπίκουρος εὖ·

ὃ δὴ μόνον ἔχει τὴν τελευταίαν διποδίαν ἰαμβικήν, τοὺς δὲ πρὸ ταύτης ἀντισπάστους καθαρούς. καὶ ὅταν τοιοῦτον ᾖ, σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον ὀνομάζεται. καὶ Ἀλκαῖος δὲ ὁ ποιητὴς πολλῷ τούτῳ ἐχρήσατο.

Caes. Bass. GL VI 259. 4 sqq. = fr. *6. 103 sqq. (GRF 136 sq.) Mazzarino hoc metrum (*scil.* anacreonteon) incrementum accipit et totum ab Alcaeo tractatum est et ab Horatio nostro. nam quod est:

castae Pierides meae,

id est apud Horatium: (Hor. *carm*. IV 1. 1)

intermissa Venus diu.

demus illi incrementum, id est pro uno duos choriambos, fiet:

intermissa Venus <missa Venus> diu …

demus etiam nunc illi unius choriambi incrementum, fiet:

castae Pierides Pierides <Pierides> meae,

quale est illud apud Horatium, quod et ipsum ab Alcaeo sumpsit: (Hor. *carm*. I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi.

Apthon. GL VI 150. 25 sqq. idem [Phalaecus] (*immo* Horatius) etiam tres choriambos uno versu copulatos induxit, mutuatus id quoque ab Alcaeo, ita ut tres dipodiae choriambicae extimis utriusque simplicibus concludantur, ut: (Hor. *carm*. I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi,

item: (Hor. *carm*. I 18. 1)

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

Diom. GL I 510. 11 sqq. alcaicum (*archilochium codd., corr. Morelli 1992, p. 140*) aliud in Horatio tale est: (Hor. *carm*. I 18. 1)

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

huic tolle duo verba disyllaba iuxta principium, facies asclepiadeum sic:

nullam vite prius severis arborem.

hoc enim tale est quale illud: (Hor. *carm*. I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

ergo apparet quid Alcaeus (Archilochus *codd*., *corr. Morelli l. l.*) interposuerit.

Atil. Fortvn. GL VI 302. 5 sqq. X: (Hor. *carm*. I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi:

heccedecasyllabus sapphicus … et nota quod et in hac et in illa egloga strophen in singulis versibus expedivit. his et Alcaeus usus: (fr. 343 Voigt)

νύμφαις, ταὶς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις.

Serv. GL IV 465. 16 sqq. de alcaico. alcaicum constat spondio, tribus choriambis, pyrrichio, ut est hoc:

pro fas Aeacides procubuit sub Paridis manu.

× × – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ||

**14.** Serv. GL IV 463. 24 sq. de alcaico. alcaicum constat tetrametro (*scil.* antispastico) brachycatalecto, ut est hoc:

Maecenas atavis Lydia quos fert genite.

⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ||

**15.** Hephaest. 34. 19 sqq. ὁ δὲ Ἀλκαῖος καὶ πενταμέτρῳ (*scil.* ἀντισπαστικῷ) ἀκαταλήκτῳ ἐχρήσατο· (fr. 387 Voigt)

Κρονίδα βασιλῆος γένος Αἶαν, τὸν ἄριστον πέδ᾽ Ἀχιλλέα.

Trich. 390. 26 sqq. εἰσὶ δὲ καὶ πεντάμετρά τινα (*scil.* ἀντισπαστικά), καταληκτικά τε καὶ ἀκατάληκτα, ὧν τὸ ἀκατάληκτον, ἐπὶ τέλους ἰαμβικὴν διποδίαν δεχόμενον, ἀλκαικὸν ὀνομάζεται· κέχρηται γὰρ τούτῳ Ἀλκαῖος. ἔστι δὲ τοιοῦτον οἷον τό·

ὀδῷ δ᾽ εἰν ἀβάτῳ καὶ παρ᾽ ἐρήμαισιν ἀρούραισι φάεινέ μοι.

Apthon. GL VI 88. 32 sq. pentametrum (*scil.* antispasticum) acatalectum alcaicum:

rogas, non amo, sic se solet Aetola sago Canthara comere.

⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – ||

**16.** Hephaest. 37. 22 sqq. καὶ ὅλα μὲν οὖν ᾄσματα γέγραπται ἰωνικά (*scil.* ἀπ᾽ ἐλάσσονος), ὥσπερ Ἀλκμᾶνι· (fr. 46 [PMG 47] Page)

ἑκατὸν μὲν Διὸς υἱὸν τάδε Μῶσαι κροκόπεπλοι.

Σαπφοῖ δέ· (fr. 135 Voigt)

τί με Πανδιονὶς ὤραννα χελιδών,

Ἀλκαίῳ δὲ πολλά, ὥσπερ καὶ τόδε· (fr. 10. 1 sq. Voigt)

ἔμε δείλαν, ἔμε πάσαν κακοτάτων πεδέχοισαν.

Hephaest. 65. 12 sqq. ἐξ ὁμοίων δέ (*scil.* συστημάτων) ἐστιν, ἅπερ ὑπὸ ποδὸς ἢ συζυγίας ἢ περιόδου καταμετρεῖται ἄνευ ἀριθμοῦ τινὸς ὡρισμένου· ὡς ἐὰν τεταγμένος ἀριθμὸς ᾖ, οὐκ ἔστιν ἐξ ὁμοίων, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν, ὡς ἐν τῷ παρ᾽ Ἀλκαίῳ ᾄσματι, οὗ ἡ ἀρχή· (fr. 10. 1 sq. Voigt)

ἔμε δείλαν, ἔμε πάσαν κακοτάτων πεδέχοισαν.

Trich. 396. 9 sqq. ἔνδοξά εἰσι καὶ τὰ ἀκατάληκτα τετράμετρα (*scil.* ἰωνικὰ

ἀπ᾽ ἐλάσσονος), ἃ μιᾷ συλλαβῇ τῶν προκειμένων ἐπῶν περιττεύουσι. Σαπφώ τε γὰρ κέχρηται τούτοις καὶ Ἀλκμὰν καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής.

× × – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ||

**17.** Fragm. Bob. GL VI 623. 20 sqq. dactylicum hexametrum, quod alcaicum nominatur et est variati generis in initiis: spondio: (Verg. *Aen*. I 6)

inferretque deos Latio genus unde Latinum,

trochaeo:

nisus Aeolia chlamyda capit integit alte,

iambo:

ama populeas medium super aethera frondes,

pyrrichio:

quasi me celeres fugiunt prope litora cervi.

– – ⏑ – – – – ⏑ – – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ||

**18.** Hephaest. 16. 14 sqq. τετράμετρον δὲ (*scil.* ἰαμβικόν) οἷον τὸ Ἀλκαίου· (fr. 374 Voigt)

δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Schol. rec. in Aristoph. *Plut*. 302 (p. 88 Chantry) τοῦτων (*scil.* τῶν στίχων καὶ κώλων) ὁ πρῶτος τετράμετρος (*scil.* ἰαμβικός) ἀκατάληκτος, οἷον τὸ τοῦ Ἀλκαίου· (fr. 374 Voigt)

δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Schol. B in Hephaest. 268. 7 sqq. ἀκατάληκτον δὲ (*scil.* τετράμετρον ἰαμβικόν) ὡς τόδε· (Alc. 374 Voigt)

δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

× – ⏑ – × – ⏑ – ⏑ – ||

**19.** Apthon. GL VI 143. 20 sqq. nam ex trimetro iambico archilochio iambicus pede minor, quem etiam decasyllabon vocant, figuratus est ab Alcaeo, unde et alcaicus dicitur, ut:

beatus ille quem potens deus.

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – – ⏑ – – ||

**20.** Hephaest. 50. 18 sqq. ἔνδοξόν ἐστι ἐπισύνθετον καὶ τὸ διπενθημιμερὲς τὸ ἐγκωμιολογικὸν καλούμενον, ὅπερ ἐστὶν ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς καὶ ἰαμβικοῦ τοῦ ἴσου, ᾧ κέχρηται μὲν καὶ Ἀλκαῖος ἐν ᾄσματι· (fr. 383. 1 sq. Voigt)

ἦ ῥ᾽ ἔτι Διννομένῃ τῶ Τυρρακήω
τἄρμενα λαμπρὰ κέοντ᾽ ἐν Μυρσινήω.

– ⏑ – ⏑ – – ||
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – |||

**21.** Caes. Bass. GL VI 270. 18 sqq. = fr. *6. 428 sqq. (GRF 147) Mazzarino restat unum genus carminis de quo nihil adhuc diximus: (Hor. *carm*. II 18. 1 sq.)

non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar.

et hoc sumptum ab Alcaeo et ab illo tractatum frequenter et ab Horatio semel omnino compositum. est autem iambicum, et primum quidem comma cum trimetro versu iungitur sic:

beatus ille non ebur neque aureum.

insequens autem metrum archilochium iambicon curtum habet, cuius exemplum: (Hor. *carm*. I 4. 2)

trahuntque siccas machinae carinas,

<sic> et hoc:

mea renidet in domo lacunar.

Apthon. GL VI 168. 15 sqq. nam omnes fere odae in subsequentibus libris isdem metris subsistunt exceptis perpaucis admodum, e quis in secundo libro ode XVI, cuius initium: (Hor. *carm*. II 18. 1)

non ebur neque aureum.

nam novum haec metrum, de quo nondum apud Horatium tractatum est, continet. est autem ab Alcaeo sumptum choriacum heptasyllabum subdito hendecasyllabo iambico archilochio. etenim:

non ebur neque aureum

erit trochaicum proodicum dimetrum catalecticum, quod accepta in principio brevi syllaba iambicum epodum faciet sic:

da non ebur neque aureum.

paenultima autem detracta phallicum reddet ita:

non ebur neque aurum.

dimetro vero subnexum, ut:

beatus ille qui procul, non ebur nec aureum,

versum dabit ex quadrato compositum; aut si e principio creticum retrahas, ‘non ebur’, cuius tertia positione longa est (sequitur enim ‘n’ littera), erit trimetri iambici prima portio, ‘nec aureum’. insequens autem versus metrum habet iambicum catalecticum archilochium ita: (Hor. *carm*. II 18. 2)

mea renidet in domo lacunar.

nam ‘mea renidet in domo’ dimetrum est, ‘lacunar’ claudicat. huius exemplum apud eundem est: (Hor. *carm*. I 4. 2)

trahuntque siccas machinae carinas.

quo metro semel tantum usus est. feritur prior versus ditrochaeo, deinde dactylo vel amphimacro; sequens autem dimetro iambico, ultimo bacchio. qui recipit et alteram divisionem: nam ‘mea renidet’ portio est iambi superfluente semipede, ‘det’, quae efficit penthemimeren tomen; dehinc tres trochaei versum complebunt ita: ‘in domo lacunar’.

Atil. Fortvn. GL VI 302. 13 sqq. cetera quae sequuntur eadem metra sunt, de quibus iam dictum est. in secundo libro metrum novum est: (Hor. *carm*. II 18. 1 sq.)

non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar.

hoc semel omnino usus Horatius, Alcaeus frequenter. ab iambico natum est:

nam si reddas huic partem suam, integrum trimetrum facies sic:

beatus ille non ebur neque aureum.

Philoxenus ait hoc heptasyllabon choriacon vocari et esse dimetron catalecticon euripidion. ille inquit sic: (Eur. *Phoen*. 239)

νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων.

reliquum in Euripide attendendum. et sequens pars talis est qualis illa: (Hor. *carm*. I 4. 2)

trahuntque siccas machinae carinas,

iambicum curtum, quod et hendecasyllabon dicunt, et facit trimetrum plenum:

mea renidet in domo lacun<ul>ar,

sicut:

trahuntque siccas machinae carinulas. [*L.C.*]